

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Caro siue corpus f
cum uariis

Nos gestamus laqueum nostrum nobiscum, circumferimus inimicum; carnem nostram loquor de peccato natam, in peccato nutritam, corruptam nimis ipsa origine, sed multo amplius praua consuetudine uiciatam. Hinc est quod tam acriter aduersus spiritum concupiscit, quod assidue murmurat et impaciens est discipline, quod illicita suggerit, quod nec rationi obtemperat, nec ullo timore inhibetur.

Gregorius ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

carnem] no *add.* (*del. sub lin.*) M; illicite] illicita P V¹ V² L¹ L²; Gregorius *om.* P V¹ V² L¹ L²